



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

80. An Miles pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere possit? Ex  
p. 7. tr. 6. res. 54. alias 53.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)



omniam hereditatem obtinet, l. coheredi 41. §. vlt. ff. de vulg. & pup. substit. Tamen his non obstantibus milites possunt pro parte testari, & pro parte intestati decedere, ex l. ius nostrum, ibi, in paginis, ff. de reg. iur. & d. §. non autem, ibi, nisi sit miles, Inst. de her. l. si miles 6. l. idem est 13. §. neque enim, ff. de test. mil. Tiraq. de principia causa vlt. 11. Vnde si miles vnum ex certo fundo heredem scripserit, creditur quantum ad residuum patrimonium intestatus decessisse, d. l. si miles 6. ff. de test. mil. l. cogi poterit 16. §. sed est miles, ibi, excepta (vel ex certa) res miles heredem instituire potest, item ibi, separare species bonorum, ff. ad Trebell. Et si nobis à milite scriptis heredibus alter omiserit hereditatem, eius pars non accrescit alteri heredi, sed pro ea parte intestatus videtur defunctus decessisse, in l. si duobus 37. ff. de test. mil. Pars autem, pro qua miles intestatus decessit ad legitimos militis heredes pertinet, l. 1. & 2. C. de test. mil. Et hanc sententiam tenet Molfesius in sum. t. 2. r. 13. c. 2. n. 59. & ex Grassio, & Sichado Hunn. in Encyclop. iuris, p. 4. tit. 5. c. 3. n. 4. quibus adde Boccerum tr. de bello lib. 1. c. 20. n. 3.

2. Vnde ex his Enekelius de priuileg. mil. lib. 2. prin. 16. num. 14. deducit militem qui libera voluntate testari potest, de parte bonorum vna, aut pluribus testari posse, nec reliquam partem heredi instituto aderescente demonstrat dict. l. Inde si miles vnum ex fundo heredem scripserit, creditur quantum ad residuum patrimonium intestatus decessisse, nec accrescit id heredi scripto, d. l. si miles, quod in simili casu negat ius commune, d. l. §. si ex fundo, ff. de hered. inst. Itaque si miles vnum ex parte heredem scripserit, in altera parte nullum in illa quidem scriptus succedit, in hac verò ab intestato heredes, l. si duobus 37. ff. hoc. tit. l. 2. C. cod. Ita, & bene Enekelius.

## RESOL. LXXXI.

An Miles in dubio presumatur iure communi, vel militari testari? Ex p. 7. tr. 6. Ref. 55, alias 54.

§. 1. Iure communi in tali casu militem testatum fuisse tenet Vvesenbecius conf. 17. n. 34. vol. 1. Grassius tr. de success. §. testamentum, q. 9. per tot. & Humilius in Encyclop. iuris, p. 4. tit. 5. c. 1. n. 12. quod tamen notat hoc procedere, quando testamentum de iure communi valere potest, secus autem quando de iure communi subsistere non potest, nam tunc presumitur potius iure militari testari voluisse.

2. Sed contrariam sententiam defendit: Vasquius tr. de success. §. 24. num. 45. & seq. cui adde Henr. Boccerum tr. de bel. lib. 1. cap. 20. num. 4. Quod enim quis ignorat, id velle non presumitur: nam voluntas presupponit notitiam, & intelligentiam, l. mater de ceden. §. 9. vlt. nec enim. Leum qui, 12. in princ. l. nihil 12. §. si eum filius, ff. de instic. test. l. de atate, §. ex causa, Dig. de interrog. alt. l. si cum te 51. Dig. de part. l. in re putanda 23. l. Clodius 97. Dig. de acquir. vel amitt. hered. l. si. §. si autem nescius. C. de furis. l. si unquam. C. de reuoc. donat. Sed miles ignorat commune ius Ciuile, l. 1. C. de iur. ignor. Inst. tit. de mil. test. in princ. ibi, propter nimiam imperitiam eorum, l. fin. §. 1. ibi, arma etenim magis, quam iura scire milites sacratissimus Legislatores existimauit, C. de iure delib. l. quamquam 3. ibi, simplicitatem militarem, C. de test. mil. l. 1. ibi, simplicitati, Dig. cod. tit. Miles ergo non presumitur testari velle iure communi, creditur, & videtur velle testari iure militari, d. l. si mil. §. ibi, creditum, & l. si duobus 37. ibi, videtur, Dig. de test. mil.

3. Non obstat text. l. in testamento. 6. ibi, sed tibi probandum est, an ira frater tuus senserit, C. de testamento. miles. Ibi enim Alexand. Imperator non requirit,

vt probet Valentinus fratrem suum hoc sensisse, quod iure militari voluerit testari: sed postulat vt probet quoddam militis testatoris factum, nimirum, quod ab ipso milite fratre in secundum etiam casum expressè, vel compendio verborum substitutus sit institutus heredi filix. Miles quando instituto heredi aliquem simpliciter substituit, non presumitur, quod in secundum quoque casum substituerit. Hoc enim quoddam factum est quod non presumitur. In secundum namque casum, fit substitutio hoc modo: Si Titia heres erit, & intra vigesimum quintum etatis annum decesserit, Seius heres esto. Vel ita sub compendio verborum: Titia heres esto, & quocumque ea moriatur, Seius heres esto. Hoc modo substituit testator, est quoddam factum, & hoc factum probare debet substitutus, l. precibus 8. vbi manifestius exprimerè debueras, Cod. de impuber. & aliis substit. tur. 57.

4. Non obstat etiam l. 3. C. de test. milit. Nam ibi milites ex certis partibus hereditatis instituit heredes duos, filiam & vxorem. Institutio autem heredes ex certis rebus, diuersa est in iure nostro ab institutione ex certis hereditatis partibus, libro quotiens 13. C. de her. ed. inst. Quando miles heredem instituit ex certa re, veluti ex fundo Corneliano, tunc creditur pro parte intestatus decessere voluisse, libro si miles vnum 6. Dig. de test. mil. dict. leg. cogi poterit, 16. §. sed est miles, ibi, excepta (alias, ex certa) res miles heredem instituire potest. Item, ibi, concessum est militibus circa institutionem separare species bonorum, Dig. ad Trebell. Ad quando miles heredem, vel heredes instituit ex certa hereditatis parte, vel ex certis partibus, veluti ex vncia, ex besse, ex triente, ex semisse, &c. tunc totam hereditatem potestate iuris sub illa parte, vel illis partibus comprehendere videtur, dict. leg. 3. C. de test. miles §. videamus, inst. de hered. inst. l. interdum 13. §. denique, & §. leg. Dig. de hered. inst.

5. Postremò, non refragatur l. quarebatur 19. ibi, si hoc specialiter expresserit, Dig. de testam. mil. Cum enim duo in solidum heredes vnius testatoris esse non possunt, l. quod contra §. vni duo, Dig. de reg. iur. l. 5. §. fin. Dig. commodari fit inde, licet miles possit decessere cum duobus testamentis; tamen in dubio cum fecit primò testamentum de vniuersa hereditate certo herede instituto, postea autem aliud faciat de eadem vniuersa hereditate alio herede instituto, in dubio videtur recedere à primo testamento; vnde si velit, vt testamentum illud prius valeat, necesse habet, vt id specialiter exprimat, d. l. quarebatur 19. Dig. de test. mil. Verum igitur manet, quod miles in dubio non iure communi, sed iure militari testatus videatur.

Nota tamen quod stando in prima sententia pluribus modis venit limitanda, per ea quae adducit Mascardus de probat. vol. 2. concl. 158.

## RESOL. LXXXII.

An Miles plura testamenta facere possit. Ex parte 7. tr. 6. Ref. 56, alias 55.

§. 1. Licet quis non nisi vno testamento decessere possit l. sancimus, 27. Codice de testamentis, l. si quis priore 29. ff. ad Senatusconsultum Trebellian. §. Posteriore inst. Quibus modis testam. instrument. Tamen militi plura testamenta facere licet; & sine simul ea fecerit, siue separatim, vtrique valebunt. Si tamen vtrumque de tota & vniuersa hereditate fecerit, superius tollitur per inferius, nisi expressè cauerit, vt vtrumque valeat, dict. l. quarebatur, 19. ff. de testamento. milit. Sin de aliis rebus prius, de aliis item rebus posterius fecerit testamentum, licet non canonicè specialiter,